

Donaciones a Iranzu 1201

Nota personal. García, obispo de Pamplona, dona al monasterio de Iranzu la villa e iglesia de Abárzuza, reservando al cabildo un corriedo y al obispo un procuración. La opilaranzada o procuración concedida por el rey Sancho obligaba a cada collazo a dar al monasterio una opila (torta de pan) y un garapito (11,77 litros de vino). Un corriedo y una pro curación era una comida.

El texto se encuentra en:

AGN Clero Iranzu Leg. 1, n° 25. Caja 33906.

AD Cartón 1889 n° 14.

Don José Goñi Gaztambide, en la nota 463 del Catálogo de la colección diplomática de catedral de Pamplona, 829-1243, hace la transcripción adjunta.

In nomini sancte et individue Trinitatis, Patris et Filis et Spiritus Sancti. Ego **Garcias, Dei gratia Pampilonensis episcopus**, divine pietatis intuitu, bono animo et spontanea voluntate, cum assensu etiam et supplicatione Berardi prioris et totius pampilonensis capituli, **dono et concedo monasterio nostro Irançu** et monachis ibidem Deo servientibus tam presentibus quam futuris illam nostram villam de Abarçuça, cum suis terminis et cum universis directis et pertinentiis quas habet et habere debet, et cum ecclesia parrochiali et omnibus pertinentiis suis, ut habeant et possideant tam villam quam ecclesiam integre et plenarie in perpetuum cum omni iure quod ibi habet et habere debet Pampilonensis ecclesia et ut villani ipsius ville faciant eis omne debitum servitium quod fecerunt et facere debuerunt pampilonensis ecclesie.

Intuitu tamen pietatis, cum assensu canonicorum, **remitto** ipsis villanis in perpetuum illam **oppilariçatam** quam a rege Santio adquisivimus, sicut in instrumento, quod eis concessimus continetur. Retineo michi preterea et successoribus meis in prefata ecclesia procuracionem episcopalem et statuo ut post obitum meum in die aniversarii mei prenominati monachi procurent canonicos annuatim in perpetuum, sicut in anniversariis aliorum episcoporum fieri solet.

Acta sunt hec in capitulo pampilonensis anno Incarnationis dominice **M°.CC°.I°.**, in festivitate apostolorum Petri e Pauli, ego Garsias, Pampilonensis episcopus, hanc mean donationem hoc signo (*signo*) confirmo. Ego Berardus prior hoc (*signo*) signo corroboreo pro toto conventu. Ego Michael de Tudela pampilonensis canonicus, de mandato episcopi et capituli, hanc cartam scripti.